



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIII. An Baptismus vere tollat peccata an & impeccabiles reddit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

1. Dixi enim, Ioa. 3. *Qui non credit, iam indicatus est.* Vbi de Medio salutis loquerar; non de praecepto credendi: hoc enim infantes teneri non possunt. Et illius necessitatem absolutam ibidem declaravi typum serpentis ænei, indefero exaltati, cuius respectu à serpentibus isti seruabantur; peribant, qui eum non aspectabant hæsi. Ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.

2. Hinc iterum dixi: Mat. vlt. *Ite docentes & baptizantes. &c. qui Crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.*

3. Adeo, Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Vnde paßsim Apostolus; Rom. 3. *Arbitramur hominem iustificari per fidem.*

II. Porro Ego ipsis fidei, spei, charitatis habitus in baptismō infundo: Sicq; Ego & Pater meus ad eum venimus, & mansio nem apud eum facimus; Ioa. 14. Sic, Ioa. 15. Ego sum Vitis, vos palmites. &c. Sic dicitur; Eph. 3. *Christus habitat per fidem in cordibus vestris.* Gal. 3. *Qui in Christo IESV baptizati estis, Christum induistis.* &c. *Viviam non ego, viuit vero in me Christus.*

III. Demum Actu credere infantes dici possunt; Tum quod actu baptismi suscepisti sit realis ac personalis professio fidei Christianæ: Tum quod aliena fide afferantur ac gaudeant.

QVÆSTIO XIII.

An baptismus verè tollat peccata? An & Impeccabiles reddat?

XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum Origenistis & Messalinis pernegant tolli; sed regi solū non imputata. Vide Lutherocalvin. par. q. 25.

CHRISTVS. At verè de me Baptista, Ioa. 1. *Ecce Agnus Dei, ecce qui Tollit peccata mundi.* Et Ipse ego, Ioa. 13. *Quis lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet; sed est mūdus torus.* Si totus, nil ergo remanet, ait S. Greg. l. 9. epist. 39.

2. Idque ex contrario liquet, Ioa. 3. *Quod natum est ex carne; caro est, carnale totum: quod natum est ex spiritu, spiritus est, seu spiritale.* Sicut enim, ait meus testis, I. Cor. 15. in Adam omnes moriuntur; ita in Christo omnes vivificantur. At mors illa vera fuit: ergo & vita vera, non imputativa. Rursum, Rom. 5. *Sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam iusti constituentur multi.*

3. Itaque Ioa. 3. *Nisi quis Renatus fuerit.* &c. Sic, Col. 2. *Cum essemus mortui propter delicta, coniuvicauit nos Christo:* I. Pet. 2. *Quasi modo genitos infantes.*

4. Figuris idem manifestavi: taceo veteres. Ecce tibi, Mat. 8. porcorum in mari submersio. Probatica, Ioa. 5. Sanitatem veram corpori conferebat. Ego, Ioa. 9. cæcum natum oculos limui; se lauit, & vidit.

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Non potest homo damnari nisi nolit Credere: si stet, vel redeat fides in promissionem baptismi factam. Non baptismus, tanquam Dei chirographo certiores reddimur de perpetua adoptionis gratia, ait Calvinus. Vide Lutherocalvin. par. 3. que. 26.

CHRISTVS. 1. Ego verò Sententiam recitaui ferendam, non ob fidei defectum, sed vita; Mat. 25. *Ite maledicti.* &c. quia esuriui & non dedisis. &c. Ibidem:

I 2 fatuæ



fatuæ excusantur à nuptijs, non quod
virgines nouissent in fide illibata; sed
quod non ornari essent lampadibus pa-
ratæ. Certe i. Pet. 2. *Milii erat eis non
cognoscere viam iustitie.*

2. Atque tamen si Rom. II. Tu fides: as:
tamen Noli altum apere: nam excidere si-
de potes: Sicut pater mendacij ab initio in
veritate non fletit. Meus ille Iudas verè, vt
cæteri, credidit; at excidit fide, ac periret.
Ita multi, i. Tim. 1, circa fidem naufragi-
uerunt. Thômas & Apostoli steterunt
mecum in fide; sine me exciderunt: per-
iissent, nî ipsos restituissim.

QVÆSTIO XIV.

*An baptismus liberet fidèles a lege Dei, Eccle-
sie, & à Voto?*

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI aiunt,
Christianos ad aliam Deiclegem non obliga-
ri, nisi ad Fidem: inq; hoc Christianam con-
stere libertatem. Vide Lutherocal.p.3.q.27.

CHRISTVS. Ego vero perne-
cessarium esse docui: Matth. 19. Si vis ad
vitam ingredi, serua mandata: Omnino,
Mat. 5, nolite putare quoniam veni soluere le-
gem. &c. Proinde qui seruat mandata mea,
hic est qui diligit me. Mat. vlt. Baptizantes.
&c. & docentes eos seruare, quæcumque man-
dani vobis.

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI aiunt omnes,
Baptismum omnes ab omni etiâ humana le-
ge obseruanda absoluere, cum nulla obligare
conscientiam possit. &c.

CHRISTVS. Tales me conuenie-
bant, vt circumvenirent, Luc. 20. Licet
ne tributum dare Casari, an non? Quibus in-
quam: *Quid metestatis hypocrita?* Ro. 13.

*Omnis anima Potestatis sublimioribus sub-
ditâ sit. Non est enim potestas nisi à Deo. &c.
Mat. 7. Reddite ergo Casari, quæ sunt Ca-
sari, & qua Dei, Deo.*

2. Quid ego Pilato? Ioan. 16. Non ha-
beres potestatem aduersum Me ullam, nisi tu
bi datum esset desuper. Idec, Heb. 13. Obedi-
te Præpositis vestris, & subiacete illis. Ipse
nim per vigilant pro vobis, quæsitionem red-
duti i pro animabus vestris.

XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ: Baptismus libe-
rat à Voto tam faictis, quam faciendis.

CHRISTVS. Stat, perstatq; lex, Ps.

75. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.*
Et vero præclare norat vim Voti mea
Deipara, dum dixit ad Angelum: *Quomo-
do fieri istud, ut à voto absoluatur, quoniam ex
voto virum non cognosco?* Deuotæ enim
Deo, i. Tit. 5. *Cum luxuriate fuerint in Chri-
sto rubore volunt, habentes damnationem;*
*quia primam fidem irritam fecerunt: at hæ
baptizatae fuerant, neque tamen à voto
liberatae.* Plura par. 2.

QVÆSTIO XV.

*Baptismus Christi, & Ioannis an si
idem?*

XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ, p.3.q.31. contra Lu-
keum, affirmant idem esse sacramento,
& efficacia.

CHRISTVS. I. Nec ipse Ioannes
baptismum suum esse Sacramentum
vnquam dixisset: quod altioris id esse
potestatis sit professus: *Non sum ego Chri-
stus: sed qui medius vestrum fletit, ille est: ca-
sus non sum dignus soluere corrigiam calce-
menti.*

2. Ipse

